



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helgestadi[i], 1671

Cap. V. Mors Galli Imperatoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

simul & Spiritus Sancti auferens intellectum. Gallus Imperator regnat duobus annis, nec integris.

CAP. V.

Mors Galli Imperatoris.

Interea *Gallus Imperator moritur, Valeriano succedente cum filio Galieno. Stephanus diem obiit. Xystus Episcopus eligitur.*

CAP. VI.

Persecutio Christianorum per Valerianum.

Valerianus maxime persequitur Christianos, cum tamen primum benignus fuerit, & humanus: postmodum vero seductus, per quendam Magicæ artis magistrum & principem Magorum Ægyptiorum. De hujus persecutione Dionysius scribit in diversis operibus suis; in quibus narrat præclara gesta martyrum; & suarum ipsius persecutionum meminit; & cujusdam *Asterii* inter sanctos martyres clarissimi viri, & urbis Romæ Senatoris. Accidit hunc aliquando apud Cæsaream Philippi famosissimo huic spectaculo adesse, quo ibi certa & solemni die immolabatur victima ad radicem montis, & arte quadam Dæmonis nusquam comparens, tolli in coelum à gentibus credebatur. Tunc *Asterio* humanos miserante errores, & pro his ad Deum valde supplicante, subiro victima conspectibus omnium redditur, nec ultra in locis hic exstitit error. Hujus urbis civem fuisse, ajunt, mulierem illam, quæ à Salvatore nostro à profuvio sanguinis sanata est, domusque ejus nunc in ea
osten-